Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



que significant lampadibus. quare quinq; admittuntur
et quinq; excluduntur. Si et uirgo ē et lampades fert et
tamen ñ admittitur. ubi se uidet. qui nec uirginitatē
abillicitis seruat. nec opera bona uolens habere intene
bris ambulat. De istis ergo frs mei de istis potius dispute
mus. Qui ñ uult uidere qd malū est. abillicitis sacrificiorū
nicoribus auertit odoratū. abillicitis sacrificiorū cibis auer
tit gustū. fugit amplexus aliene. frangit panē esurien
ti. hospitem introduxit indomū. uestit nudū. concor
dat litigiosū. uisitat egrotū. sepelit mortuū. ecce uirgo.
T ecce habet lampades. Quid amplius querimus. Ad huc que
ro. Quid ad huc queris inquis. Ad huc quero. Intentū me
fecit euangeliū scm. Et ipsas uirgines. et ipsas ferentes
lampades alias dixit prudentes. alias stultas. Unde intue
mur. Unde discernimus. De oleo. Aliquid magnū significat
oleum. Ualde magnū. Putas ñ caritas ē. Quod querendo dici
mus. ñ sententiā precipitamus. Unde mihi uideatur oleo
caritas significari. dicam uobis. Apls dicit. Ad huc sup emi
nentiorē uiā demonstrabo uobis. Sup eminentior uia quā
monstrabis que ē. Si linguis hominū loquar et angelorū.
caritatē aūt non habeam. factus sū ut eramentū sonans
aut cimbalum tinniens. Ipsa quoq; superior uia idē cari
tas p oleū significat. Omnibus enī humoribus oleū sup emi
net. Si ordinē seruaueris uincit. si mutaueris uincit. Cari
tas numquā excidet. Quid ergo ē frs. Iam disceptemus de
quinq; uirginibus prudentibus et quinq; fatuis. Uoluerunt
obuiā ire sponso. Quid ē obuiā ire sponso. Corde ire expec